cum extaret monumentum ſtudii erga VOS mei, & qvantum Vobis *deberem*, Patroni Summi! *Vultu igitur hilariori recipiatis, meq́ totum VOBIS commendatum habeatis oro atq́ obteſtor. Deum exhibeo conditorem & ſatorem omnium: utut igitur primò VOS aſpectû autoris deterreat obſcuritas, rei tamen Deiq́ dignitas forſitan movebit, ut perluſtrare ne dedignemini, nec ægrè feratis, â Nominibus VESTRIS ſplendidis ſplendorem ſumere opus alias per ſe exile. Valeatis intereà PATRONI, & favere ulterius pergatis ei, qvi ad cineres usq́ erit*

Veſtrarum Virtutum

Dabam Frauenhaynæ,
V. Idus Julii, 1687.

ſincerus admirator, cliensqve ad preces, & qvævis officia obſtrictiſſimus

M. Simon Fridericus Baritſchius,
Eccleſ. Frauenh. Paſtor.

J. N. J.